



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita B. Matris Teresæ, De Iesv Fvndatricis Monasteriorvm  
Monialivm & Fr. Carmelitarum discalciatorum ex prima  
regula**

**Ribera, Francisco de**

**Moguntiaë, 1603**

Sanctissimo Et beatißimo Patri Clementi octauo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43365**

SANCTISSIMO ET  
beatissimo Patri Clementi  
oetano.



ULTI SVNT ANNI BEATIS-  
sime Pater, quod inter variam mul-  
taque opera spiritus, quæ nostra  
in Hispania protulit ætas, inter  
manus meas venerint illa Matris  
Teresa: quæ cum legissem sæpius, non sine ali-  
qua attentione, in illis diuinæ sapientiæ reperi  
thesaurum, vnde illum non parum mundo pro-  
futurum iudicavi: certò mihi persuadendo ex  
singulari spiritus sancti providentia ipsius ope-  
ra, hisce nostris temporibus in lucem prodiisse,  
eum in finem, vt charitatis flamma in multis ex-  
tincta, in aliquibus propter defectum luminis  
labefactata, accendatur. Et verè ita est, cum vi-  
deamus virginem nobilem, multis infirmitati-  
bus subiectam, contradictionibus & passioni-  
bus oppressam, tale deuenisse efficax instrumē-  
tum, ad obtinendum à Deo eiusmodi singulares  
gratias, vt fundauerit mirabili cum disciplina  
virginum ordinem, Carmelitarum religionem  
in Hispania reformauerit, quorum nunc aliqua  
loca etiam in Italia extant, multi ab eorum vita  
peruersa conuertantur, vt credere debeamus,  
quod Deus Opt. Max. donis singularibus illorū  
corda repleat, idq; principaliter pro Religio-  
forum beneficio, & totius vniuersalis ecclesiæ:  
vnde etiam fit, vt non sine ipsius nostri intelle-  
ctus

ctus & voluntatis fructu ad eius scripta sæpius legendum accendatur: eum in finem, vt contra nostros prauos affectus & passiones, perfectam obtineamus victoriam, atque in via perfectionis progrediamur. Non sine ratione igitur, cum ex lingua Hispanica in nostram transfulerim vitã prædictæ Matris Teresæ pro maiori totius Italiæ commoditate, eam tuæ Sanctitati offero, cum omnia media à Spiritu sancto ad piscandum inspirata, non possunt non magnopere æstimari, ab eius vero successore & legitimo, ab illo dico, quem Christus à piscium piscatore, fecit hominum piscatorem, & supremum gregis sui pastorem constituit. Cum optimè sciam S. B. ex inuentionibus quòd numerus seruorum Dei crescere possit, summopere letari; securè sperans, quod tantæ mulieris diligentia & labor, magnam illi præbebit consolationem, sed non minus erit istius virginis gaudium, videndo eius opera à tua sanctitate benedicta, cuius humiliter sanctissimos deosculor pedes. Ex Auinione.

T. S.

*humillimus seruus*

*Ioannes Franciscus  
Bordonius.*